



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Libri prohibiti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

LIBRI PROHIBITI.

§. 1.

Facultas legendi libros hæreticos, ad oppugnandum.



Ræpositus Generalis consideratè, cum delectu, & re consultatâ cum suis Assistantibus, potest concedere Nostris facultat̄ in legendi libros hæreticos, & alios prohibitos, ad oppugnandum. Gregorius XIII. post Pium V. ut habetur in litter. Apostolicis pag. 43.

§. 2.

Facultas legendi libros non hæreticos, prohibitos tamen.

Possunt Nostri uti libris non hæreticis, licet habeant annotationes & scholia Auctorum hæreticorum, aut Auctores ipsi mali sint, si libri non sint editi ad stabilienda dogmata hæretica; dummodo nomen Auctoris, si sit hæreticus, aut in Indice prohibitus, & si quid inter legendum impium occurrerit, deleatur. ibidem. 34.

Soli Provinciales possunt hanc facultatem, sequentes concedere, nisi judicarent eamdem potestatem alicui Præposito, aut Rectori

H. s magna

*magna alicuius Domūs, aut Collegii, aut ali-
cui idoneæ persona esse communicandam ;
quod tamen faciant consideratè, & cum de-
lectu.*

§. 3.

Facultas emendandi libros.

Conceditur Nostris, qui à Superiore deputati fuerint, facultas emendandi libros eorum, qui ad nos, vel in Scholis, vel extra illas recurrere solent quando Auctores pii sunt, sed habent prava scholia, vel annotationes ; aut quando Auctores, aut Impressores sunt impii, non tamen libri : aut cùm Auctores sunt ethnici, sed habent scholia, annotationes, vel quid hujusmodi, propter quod prohibiti sunt ; donec purgentur ; dummodo errores, & nomina malatum Auctòrum, vel Impressorum delean-
tur. in d. litteris Gregorii pag. 43.

§. 4.

Etiam Scholasticorum.

Concessit itèm Gregorius, quòd No-
stri, non solum Nostros, quos in Colle-
giis, aut Domibus haberent, sed etiam Scholasticorum, ad nostras Scholas con-
fluentium, libros, ethnicorum Auctorum,
propter Scholia, annotationes, commen-
taria, aut impressorum in Indice prohi-
bitos, si ad id à Præposito Generali per se
ipsum, vel per alios deputati forent, emen-
dare,

dare , & scholasticis prædictis utendos re-
linquere possint , deletis tamen erroribus ,
& nominibus auctorum prohibitorum.
pag. 44.

§. 5.

*Nostri possunt exsequi ea, quæ in cata-
logo , &c.*

Nostri in libris suis , possunt mandare
exsecutioni ea , quæ in catalogo & decreto
Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisi-
tionis præcipiuntur , ad effectum ut illi reti-
neri possint . ibidem . 44.

§. 6.

Supplentur omnes defectus.

Omnes prædictæ facultates , quæ à Pio
v. Gregorio XIII. vivæ voc. orac. & quæ-
cumque aliæ super hujusmodi libris haben-
dis, legendis , aut corrigendis , usque ad
8. Januarii , Auni Domini 1575. Societati
concessæ sunt , approbantur & confirman-
tur : omnes defectus , si qui forsan in eis
intervenerunt , supplentur : & facultates i-
pse , quatenus opus sit , de novo concedun-
tur. in d. litteris p. 44.

Præmissa omnia conceduntur , non ob-
stantibus Bullis in Cœna Domini legi con-
suetis , ceterisque contrariis quibuscumque.
Ibid. & verbo *Bulla Cœna*.

*Advertendum 1. Clementem VIII. ad
H. 6 pre-*

preces P. Claudi confirmasse ejus litteras, quibus interdixerat usum hujus Privilegii in Regionibus subjectis Tribunalis Hispanico S. Inquisitionis, quasque approbaverat Congr. Gen. V. Decr. 21. Brevi dat. 23. Sept. 1593.

Adverte 2. facultatis legendi, & habendi Libros prohibitos universalem revocationem editam fuisse à Gregor. XV. 30. Dec. 1622. ut in Bull. comm. Constit. 40, & ab Urbano VIII. 2. Aprilis 1631. ibidem Constit. 145.



LICENTIA.

Votorum commutatio.



N licentia Nobis facta ad commutanda aliqua vota, &c. per Praelatos Ecclesiarum, expiret eorum morte, vide verbo *Sede vacante*.



LITES.

Vide verbo *Causa*. & verbo *Conservator*.

MA-